

Beda, Noel. Apologia Natalis Bedae, theologi, adversus clandestinos Lutheranos. 1529.

1/ Les contenus accessibles sur le site Gallica sont pour la plupart des reproductions numériques d'oeuvres tombées dans le domaine public provenant des collections de la BnF. Leur réutilisation s'inscrit dans le cadre de la loi n°78-753 du 17 juillet 1978 :

*La réutilisation non commerciale de ces contenus est libre et gratuite dans le respect de la législation en vigueur et notamment du maintien de la mention de source.

*La réutilisation commerciale de ces contenus est payante et fait l'objet d'une licence. Est entendue par réutilisation commerciale la revente de contenus sous forme de produits élaborés ou de fourniture de service.

Cliquer [ici](#) pour accéder aux tarifs et à la licence

2/ Les contenus de Gallica sont la propriété de la BnF au sens de l'article L.2112-1 du code général de la propriété des personnes publiques.

3/ Quelques contenus sont soumis à un régime de réutilisation particulier. Il s'agit :

*des reproductions de documents protégés par un droit d'auteur appartenant à un tiers. Ces documents ne peuvent être réutilisés, sauf dans le cadre de la copie privée, sans l'autorisation préalable du titulaire des droits.

*des reproductions de documents conservés dans les bibliothèques ou autres institutions partenaires. Ceux-ci sont signalés par la mention Source gallica.BnF.fr / Bibliothèque municipale de ... (ou autre partenaire). L'utilisateur est invité à s'informer auprès de ces bibliothèques de leurs conditions de réutilisation.

4/ Gallica constitue une base de données, dont la BnF est le producteur, protégée au sens des articles L341-1 et suivants du code de la propriété intellectuelle.

5/ Les présentes conditions d'utilisation des contenus de Gallica sont régies par la loi française. En cas de réutilisation prévue dans un autre pays, il appartient à chaque utilisateur de vérifier la conformité de son projet avec le droit de ce pays.

6/ L'utilisateur s'engage à respecter les présentes conditions d'utilisation ainsi que la législation en vigueur, notamment en matière de propriété intellectuelle. En cas de non respect de ces dispositions, il est notamment passible d'une amende prévue par la loi du 17 juillet 1978.

7/ Pour obtenir un document de Gallica en haute définition, contacter reutilisation@bnf.fr.

D.7450

D

~~583~~

Bibliotheca Colbertina.

APOLOGIA

Natalis Bedæ Theologi, aduersus clandestinos
Lutheranos.



Æra meret Badio.

D. 1602.

1.

Res. p. D.

35

NATALIS BEDÆ

Theologi Pariſienſis, aduerſus ſui, & operis in Fabri & Eraſmi errata, criminatores, Apologetica ſententiæ ſuæ in quibusdã propoſitionibus dicti operis aut non intellectis, aut perperã citatis, declaratio: nouorũq; errorũ ipſius Eraſmi ac defenſorũ eius & Fabri, ſubnota tio: in Collegio Acuti Montis elaborata, Ab Idibus Octob. M. D. X X V I I I.

NATALIS BEDA

Lectori Pio & vere Chriſtiano Salutem.



Decreueram ab ea ego ſententiã non diſcedere, qua mihi fuerat propoſitũ ad quosdã in me clãſtine ſparſos dudum libellos nõ leuibus ſeatetes criminatio nibus, eſſe tanq̃ ſurdus non au

Psal 37.

diẽs & ſicut mutus, cum Ere micola beato Agathone, non aperiens os ſuũ: exẽplo ad hoc motus Ezechie Regis & prophetę: qui ſuis ne verbum qdẽ vllũ impiĩ Sennacherib nũciis deo & populo eius peruerſe detrahentibus reſponderent, prohibuit: ne for ſan ex reſponſis ampliorẽ, in deũ blaſphemandi occa ſionem illi aſſumerent. Ita inquã decreueram, niſi me renitentem, ita tandem deuiciſſet pſeuerans quorũdã amicorũ iſtantiã, vt qdẽ ante ſeſquiẽniũ ſuadere cœpe rant, nec perſuaſerant tamen, iam aliqua ex parte cona

4. Re. 19.

Ad articulos obiectos.

ri sim pollicitus : partim vero q̄ minime conducens
& mihi munus impar id censerem . Immo & per alios
antehac satis videbam factitatum, prorsus abnuī . vi-
delicet amici hortabantur pro me plus q̄ ego ipse ze-
lantes, vt nonnihil scriberem in purgationem impro-
periorum, conuiciorum, calumniarum, contumeliarū,
maledictorumq; omniū quę in me variis epistolis, præ-
fationibus, & opusculis effudit ac iaculatus est Desi-
derius Erasmus, & præsertim Elencho & libro, quem
Supputationes vocauit: quibus quidem ita suadenti-
bus amicis, respondebam qđ dixit Augustinus Peti-
liano Donatistę, qui cum eo egerat pene vt mecum
Erasmus . Si ego Erasmo vellem pro maledictis male
dicta rependere, quid aliud q̄ duo maledici essemus?
Scio (aiebam) qui dixit q̄ maledici regnum dei non
possidebunt: & Christus . Beati (inquit) eritis cū ma-
ledixerint vobis homines . Et vtinam cum Apostolo si-
cut re ita & syncera mente dicamus : Nos maledici-
mur & benedicim⁹ . Scio (deinde dicebā) q̄ neq; ver-
bis neq; scriptis cessurus sit Desiderius . Non enim in
opinibus est aut doctrinę dogma tam apparens in
veritate aut falsitate, cuius oppositum sua rhetorica
& eloquentia non facillime sibi addictis suadeat &
incautis : quod lucide satis monstrarunt, Leeus, Stu-
nica, Sutor, & quidam alii scriptores qui re ipsa
quantum ad iniurias & artes quibus in alios vti no-
uit, pro me responderunt Erasmo : quoniam de illis
eadem ferme quę & de me antea scripsit . Quicumq;
enim Erasmi scripta redarguere ausus est, eo ipso

Lib. con-
tra Peti-
lianū ca.
primo. p-
te operū
sexta.
i. ad Co-
rinth. vi.
Marth. 8
i. ad Co-
rinth. 4.

factus eſt æmulator & inuidus, inani gloria percitus, mendax, calūniator, impius, blaſphemus, hereticus, temerarius, arrogans, barbarus, ineptus, ignarus, imperitiſſimus, ac omni qua prius pollebat doctrina priuatus. his equidem ac aliis pluribus me depinxit coloribus homo iſte: cui prius erā (vt i illius ad me datis liquet epiſtolis) eximius doctor, vir egregius, abſolutiſſimus theologus. Mihi & Deſiderio dimittat pius dominus peccata omnia. Ipſe præterea etiam ſuis ſcriptis quibus me lacerat, & ſuo iudicio confundit, ac radicitus exterminat: vtcūq; ſibi ipſi pro me neſciens prudentiorum ſententiã occurrit, dum nunc negat me cenſurarum in errores ſuos authorem fuiſſe: nunc q; bienſio multorum præſidiis adiutus, id effecerim: ſæpius q; nullo locorum iuſte fuerit in cenſuris correptus. Cū tamen in Elencho veritate coactus, in tribus & quinquaginta propoſitionibus (niſi me fallat numerus) errorem aut oſcitantiam ſuam proprio agnouit ſilentio. Illas enim indefenſas relinquēs tranſiliuit: qđ ad oculum indicat ipſe, per Eraſmū poſitus numerus. Porro de prima tranſit (ſecunda ſuppreſſa) ad tertiam, & de illa ad. xii. de qua ad. xvii. & ita de cæteris ad numerum vſq; liii. Cæterum in ſupputationibus factus (vt modeſte dicam) audacior (qua virtute tamen ipſe viderit) nullam omnium intactam præterit, ſed de vna quaq; ſeſe iuſtificare contendit: an autem id deſenſionibus legitimis efficiat, vtinã quandoq; qui eius ſunt & literaturæ & authoritatis vt aduerſus eorum decreta nihil Eraſmo crederetur, penitius diſquirant & de

Ad Artículos obiectos

clarent mundo decernentes fatifne damna non Ioculo sum, sed animarum per priores ediciónes, in plurimis nocentiores posterioribus, illata lectoribus, repararit Erasmus: q̄ nostro vt nōnūq̄ fatetur beneficio, aut alio r̄ instructus in ípsis posterioribus multa de suis cor̄ rexit erratis. Et quoniã mihi id nō sat esse semp̄ est visum, quia priores ípsas ediciónes innumerí habēt, nō visuri castigatiores, p̄ epistolã illã obruxe rogavi & monui qđ p̄ ei⁹ salute necessariũ existimabã, scilicet libello ad hoc parando lapsus suos omnes (quorũ nō paucos ob id amicissime ad eũ trãsmisi) descriptos retractaret, in morẽ patris sui professione regulari diui Augustini, & per orbẽ emitteret, a nouorum interim conditione librorũ temperando, donec repurgasset impure prius edita. Epistolę meæ ad ipsum Erasmũ sup̄ hac fraterna correctione inferius exemplum fide bona exarabit, & illius qua mihi respondit: & qm̄ ad hoc cogimur, cęterarum quę intercesserunt: vt pii cognoscant lectores quo in Erasmi salutẽ animo fuerim & adhuc deĩ gratia sim. Pro refutatione autem eorũ quę in nostras censuras triplici opere, sed superflue omnino scripsit, sufficere puto pro veritatis tuitiõne & cautela, dimissis omnino quibus nos ipse læsit iniuriis, si docuero qđ dum priores excusare molitur errores & fucis obtegere, nouos absq̄ modo disseminat. Transcribam itaq̄ duntaxat excerptos per me nouos desiderii in fide aut moribus lapsus: eorum censuras (quando illius arbitrio tam iniquus censor ego sum) aliis cedens perpen- sis quas addemus notulis. Istud est enim cum dicta

rum in nos iniuriarum deterfione, in quo amicorum non acquievi suasionibus. Alterum autem quod eisdem amicis prouocantibus tentare non renuimus, quibus Erasmi rem presentem ex parte contingeret, quidnam sit paucis aperiamus, modis & mediis quae dominus permisit.

Iunio mense anno incarnationis Dominicae. M. D. LXXV. In commentarios Iacobi Fabri super beati Pauli epistolas & quatuor euangelia annotationes & subinde in paraphrases Desiderii Erasmi in eadem euangelia quatuor & apostolicas omnes epistolas scribere censuras sumus exorsi: cui labori menses fere undecim horis nostrae libertati concessis incubuimus. Opusculum autem absolutum collegio Theologorum examinandum (ut modo fit) obtulit: auditis postmodum tribus magistris quibus illud commissum fuerat negotium super contentis in eo scripto quod (haud dubito) exactius perlegerat, consensit & permisit illius editionem eadem theologorum vniuersitas mota ad id causis in rei huius testimonio quod in librorum ipsorum limine cernitur expressis. Quibus quidem consensu & permissione nequaquam est existimandum ipsam sacrae Theologiae facultatem velle, & intendere singula in eo descripta uti omnino certa, & aduersus quae nulli disputare liceat, aut aliquorum forsan oppositum sentire & docere sua comprobata esse authoritate, absit istud. Nempe honorem hunc & didicit illa, & nouit solis Bibliae sacrae libris tribuere, cum Augustino: qui etiam prologo. iiii. lib. de trinita. scribens ait: Noli meis li-

Epi. i.
ad Hier.
& transcribit
Grat.
dist
Ego.

Ad articulos obiectos

teris quasi canonicis scripturis inferuire. Frustra igitur tantopere sudauit Erasmus, mūdo suadere contendens testimoniū hac de re præscriptū operi veritate nō fulciri: Ratus aut se credere simulans q̄ eiusmodi foret nostrū scriptū, ceu illud ipse etiam sacramentis frequentibus, execrationibus quoq; ac detestationibus incredibili acrimonia sua descripsit lace, quasi in id generis disceptationū cēsura iureiurādo Erasmi velut oraculo sit immorandū, aut totam causę ipsius controuersia illi detulerim execrabilibus iuramentis. Theologi sane in probationibus nouorū scriptorū vt edātur potissimū an opus rei Christianæ conducibile sit pendunt, vtrū argumentū cōpetentē habeat grauitatem & illius deductio vim vtcūq; efficacem: vtrum veritatis defensionī scriptor studeat & eliminationī errorum: vtrum opus ipsum nihil palam improbabile cōtineat aut qđ non valeat ad sanū sponte trahi sensum, sed vt plurimū sint omnia sua probabilitate tolerabilia: quæ si cōperiantur, agunt ipsi qđ ecclesia & maiores ab ecclesiæ primordiis in istiusmodi rebus semp̄ effecerūt: scilicet lecturam & studiū scriptorum eiusmodi permittunt, laudant, & consulūt: sic em̄ in cōcilio Romę sub sancto Gelasio olim celebrato doctorū plurima cōmendantur scripta: plurima itē damnantur: nullius tamen intendit ecclesia (quantū ex decreti constat littera, cuius partē maiorem Gratianus enarrauit) singulis dictis auctoritate sua probationis pondus tribuere, excepta beati Leonis ad Flavianum epistola: de qua quidem ita habet decretum: Epistolā item re-

Dist. xv
ca. sancta
Romana

cipit, scilicet ecclesia, beati Leonis papę ad Flavianum ep̄m Constantinopolitanū destinata: cuius textum aut vnum iota si quis q̄ idiota disputauerit & non eam in omnibus venerabiliter acceperit, anathema sit. Cetera autē (quęlibet sanctorū patrū & doctorū scripta) solū recipit ecclesia & theologorum ordo uti conducentia pietati, & quę fructuose legi possunt, nec ad vllum respiciunt peruersitatis scopum. In talibus enim ante omnia quorsum mens feratur scribentis attendendum est, quod si in sinistram quępiam respiciat author finem scienter aut ignoranter, et si permulta complectatur scripta illius vel utilia, noua aut subtilia & pluribus grata, vel curiosa qualia fere sunt Lutheri, Erasmi, Fabri, & consimiliū per humanitatis artes theologifantium, recenter edita opera: suppimenda sunt prorsus, nec prodire sinenda. Vbi autem scribentis intentio, simplex est & recta & rei ecclesiasticę opus conducit, quia forsā consimile non habetur pro argumento quod prosequitur, si pauca inueniatur quę sensum aliquē prauū reddant, & aliū sanū quē quis forsitan non ita propriū sed scribentis intellectui consentaneū, solent tūc doctores dictū tale ad rectum trahere sensum reiecto non sano: & hoc reuera ut meretur pia authoris intentio ita id debet publicę utilitati lectores. & talia certe puto nostra esse, saluo sapientiorū meliori iudicio. Si vero varius sit scriptorū finis & plura lectiōe digna in scripto cōperiantur quę forsā aut eis similia non ita videtur in aliorū libris, quę pernicioſa quoq; nonnulla mixta sunt, ut prodeat permitti potest: adiecta ad cautionem.

Ad articulos obiectos

Dist. xv.
ca. Sācta
Romana

præfationis notula quemadmodū de ecclesiastica Eusebii Cæsariensis historia in præsignato cōciliū Romæ sub Gelasio habitū decreto legitur. Ita quippe illic habet. Chronicam Eusebii Cæsariensis atq; eiusdem historie ecclesiasticæ libros quibus in primo narrationis suæ libro reperit: & post in laudibus atq; excusatione Origenis schismatici, unū (scilicet sextum) conscripserit librum: propter rerum tamen singularem notitiā quæ ad instructionem pertinet usquequaq; nō dicimus reuendos. Ad hunc cōsentaneæ modum agens nostrum theologorū Parisiensū collegiū, complura scriptorū opuscula sibi oblata ut eorum consentiret editioni, cōstāter denegauit: prodire item permisit nōnulla, prius tamen quæ videbantur minus recta iussit castigari. Illius itaq; secundū præscriptam intentionem interueniente cōsensu prodire demū annotationes nostræ in Fabrum, & in Erasmi celsurę, pressæ prius sub Iodoci Badii prelo Parisiū, & secundo breuissimo post tēpore in Germaniæ ciuitate Coloniensi præclara: quas editiones cum addicti Fabro & Erasmo cernerēt viri inter nos commixti. id est Lutherana diligentes dogmata, licet ob dñi nostri Regis & eiusdem officiariorū formidinem nomen verbo deprecetur pro viribus vehementer concitati sunt ac indignati, q̄ tam aperte & nominatim in Fabrum & Erasmi, quorū alter ob eloquentiā, alter vero ob philosophiam præclarū iam nomen apud exteros fuerat adeptus, Beda proditis illoz qui latebant erroribus scribere fuisset ausus: nostra proinde studiose perscrutatur si forsan occurrant illis

quæ valeant accusare . Iactitant primo ſeſe articulos
 fere nonaginta in noſtris ſcriptis erroneos deprehen-
 diſſe ſignalleqꝫ, quos propediem mundo cognoscen-
 dos traderent: poſtmodum vero maturius omnia con-
 ferentes numerum illum multum ad tricenariũ redu-
 cunt , & clam ſuis fauentibus votis articulos triginta
 hereticos (vt dicebant) calamo ſcriptos & de Bedæ
 aſſertionibus excerptos ad cõmunem eorum lætitiã
 de ſuperato aduerſario cõmunicant. Triginta deniqꝫ
 propoſitiones huiusmodi ad duodecim reſtringũt La-
 tino ſermone compactas, & duodecim gallico vulga-
 ri quę tamẽ quo ad multa ſunt eẽdem cum prædictis
 Latinis duodecim ſicuti ex earum inſpectione vniciũ-
 qꝫ conſtare poteſt excerptas. Itaqꝫ ex noſtris vigiliis hu-
 iusmodi bis duodecim propoſitiones variis argumen-
 tis, quibus pro ſua virili reprobas eas eſſe monſtrare
 fatagunt, tradũt chalcographis ſua arte edendas: pre-
 muntur tandem, preſſę tamen non proſtant, neqꝫ enim
 ſcribitur vbi ſint impreſſæ, locus, neqꝫ artificis ſeu li-
 brarii ponitur nomen , ſed neqꝫ authorum : verum
 clanculo ad coniuſuratos illas prope & procul in gra-
 tiam deſtinant : ad me autem & catholicos permul-
 tos ad iniuriã vt perueniant miris curant artibus:
 Adeoqꝫ breui temporis decurſu paſſim & apud auli-
 cos & in multis regni regionibus apud plurimos in-
 ueniunt, vt etiã ad aures Chriſtianiffimi dñi noſtri Re-
 gis res ipſa fuerit delata. Audiẽs autẽ qꝫ in libris qui-
 bus Fabri & Eraſmi lapſus prodideram dicerentur he-
 reſes inueniri nõ pauce: non cito id pius Rex credidit,

Ad Artículos obiectos

sed inuito consilio libellum articulorum duodecim in nos latine editum ad totam Parisiensem scholam destinavit mandans, quatenus illo & singulis ad rem ipsam attinentibus exactius discussis sibi significaretur totius negotii meritum: sequens eum esse principem protestans quod more suorum auctorum omnem heresim ac erroneam doctrinam a regno suo eliminatam summopere cupiat, sicuti christianissimum decet Regem & animaduertere prout iura voluit, in homines (quicumque fuerint) qui in suae ditionis populum peruersa contra fidem & mores inuehunt dogmata, aut fouent vel tuentur. Impositum ab ipso christianissimo Rege officium debita cum veneratione, & actione gratiarum deo, qui tam sanctum dedit in cor Regis propositum suscepit illi deuotissima omnium magistrorum vniuersitas, & haud segniter vacare coepit executioni commissorum: quod quidem intelligens plurimum gaudebam sperans, breui futurum, ut veritas in lucem exereret: quapropter in frequentissimo totius studii confesso, ut id fieret quod potui obnixissime supplicui, animo volenti me & omnia mea scripta eorum supponens iudicio & paratum professum me fuisse semper ac esse ad eiusdem omnium doctorum & magistrorum vniuersitatis arbitrium exequi & efficere quicquid in me decerneret. Procuravi autem his ita propositis qua potui instantia apud omnes studii nostri ordines uti rem sibi commissam prosequerentur, dant operam, multis, incumbunt mensibus: & quoniam causa praesens ad theologorum peculiariter pertinet facultatem, cum ius concernat diuinum, cuius sunt ipsi professores, caetera vniuersitatis membra, ut accepi

post multas inter sese habitas conferentias præstolari
 statuerunt dominorū theologorū iudiciū, qui propter
 varia alia impedimenta negociū ipsum nōdū absolue-
 runt: solus autē ego sum illud assidue prosequutus,
 non autē partes aduersę, presentientes enim non pro
 votis suis successurū, causę definitionē remediis omni-
 bus occulte per amicos remorati sunt: quā perpendens
 ego & quod nemo apparuerit qui audeat vnus aut alte-
 rius præfatorū libellorū authorē se profiteri. Nam &
 doctor Petrus Caroli eū se negat, & Ludouicus a Ber-
 quin(que vehemēti & quidē non vna coniectura opi-
 nabatur mecum prudētes viri multi rem promouisse
 adiutore Amedeo Meigret doctore plusq̄ Lutherano,
 qui nup̄ apud Germanos quo hinc pfugerat, perit) a
 me coram grauissimis iudicibus vt medio sacramē-
 to adactus diceret & profiteretur, An author fuisset
 vel præfatorū libellorū vel editionis eorūdem, post di-
 lationē, ad hoc vt ipsos libellos peruideret a dominis
 cōcessam, scripto etiā manu propria respōdit sese neq̄
 cōpositionis authorē fuisse neq̄ editionis: adiecit tamē
 nōnulla quę potius vanitatē pretendebāt q̄ modestiā
 & meę querimonię impertinentia erāt, hēitare cœpi
 quidnam mihi potissimū pro bono rei Christianę fo-
 ret agēdū, quā ad amicos ego retuli, eosq̄ consului. Illi
 autem mihi solito feruentius suggessere veritatis cau-
 sam libello defenderē, vt vel in parte datū minueretur
 scandalum vanis Lutheranorū rumoribus auctū. Dū
 namq̄ in angulis & conuenticulis afferunt Bedam in
 Erasmi & Fabrum agēdo abundātius illis & absur-

Ad Articulos obiectos

dius delirasse pusillorum multi & incautorum qui creduli sunt offendiculum datum accipiunt & leduntur eorum conscientiarum: & qui prudentiores sunt talia audiētes, inde cruciātur: quibus malis (aiūt amici nostri) cōpendiosa quadā nostrarū quas vellicarūt assertionū prefatorū authores libellorum declaratione perfacile obuiari potest, quā autē ista faterer non esse improbabilia fructumque ex istiusmodi explicatione nostrorū & obiectorum in ea refutatione futurum non desperare, nonnulla nihilo secius me ne id aggrederer dehortabantur: quę amicis monentibus in mei proponēbā excusationē. Porro dicebā vtrūque emissum in me codicillū famosum libellū esse nō in me tm̄, sed & in alios etiā optimos aut certe insignes viros complures, quā & in ordinem ipsum theologię doctorum, adeoque criminiosum vt nulla sit responsione dignus: sed solis silentio & patientia superandus: presertim cum vt predictum est, nemo qui se authorem tam infandorum scriptorū fateretur prodire ausus fuerit: & qui putantur artifices extitisse, rogati & in iudicio & extra, constanter deierādo abnegarint opellas illas preclaras suas esse. Neque id proculdubio ab re declinant: propria enim prouident si cognoscatur pericula. Quid enim authores re ipsa semet esse aliud contestati sunt, quā fautores & defensores heresum ac errantium: & hostes catholicorum eorum qui, vt tenentur, perniciosorum dogmatum ab ecclesia vel maxime ab hoc Christianissimo regno extirpationi dant operam. In quo etiā se domini nostri regis & regni inimicos quicquid verbis loquatur

blandientes, cōprobant. Non enim stat Regis gloria
 & prosperitas regni absq; vigore iustitiæ, & puro dei
 & sanctorū cultu, quæ nō subsistūt ubi impura fides est
 aut impune oppugnatur pura. Quid autē ultionis in
 huius generis homines, fautores scilicet & defensores
 heresum iura decernāt, nō est obscurū. Qz si cōtendāt
 delitescentes taliū scriptorū opifices, nō fouere se here-
 ses aut tueri, sed veritatis zelo permotos fuisse (sicuti
 de me ego sentio & testificatus sum) ad examinādum
 Bedæ libros, vt in eis compertos damnari procura-
 rent errores. Si vera loquuntur, cur primo non me-
 cum egerunt fraterne, scilicet monendo quemadmo-
 dum cū Iacobo Fabro & Desiderio Erasmo fecerunt?
 Cur item non prodeunt, si rem commendatione di-
 gnā patrarunt? Sed quid hæc loquor? qua iustitia
 quæue trutinā tam atrociter infectantur me? cur tam
 contumeliose in me vociferantur, qui fere compulsus
 veritatis suscepī patrocinium: ubi etiam esset a me
 non nihil erratum in duodecim illis, quos carperunt
 articulis? Si falsitatis odio concitantur, quare non
 clamitāt mecum in Fabri & Erasmi libros, quos vtrū-
 q; discussi & argui aduersus Fabrum articulos. CCC.
 LII. aduersus vero Desiderium. CXCVIII. qui simul
 sunt. DL. In quibus manifestum est q̄ plurimos ha-
 beri qui nulla possunt apparenti ratione defendi, &
 vnde in hoc alioquin felicissimo Regno non pauci
 causam acceperunt errandi & perierunt nonnulli: scri-
 ptis autem nostris in quibus articulos duodecim aut
 saltem non viginti, solū pupugerūt, nonnullos scio ad

De heresi-
 tici ca-
 excōica-
 mus. §.
 credētes
 in anti.

resipiscendū provocatos & præsertim plurimos a la
 psu. hic sane me consolans possum beati Augustini ver
 ba usurpare, & hominibus istis dicere: Vobis dico pre
 sentibus siue absentibus, quibus inimicus efficior verū
 dicens, quibus consulendo videor onerosus, quorum re
 quirens utilitatem cogor offendere voluntatem: Noli
 te fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus.
 Nam & hec iumenta eos calce morfuq; appetunt, a quibus
 curantur: non parcis, non parco: aduersaris, aduer
 sor: resistis, resisto: lucta nos comparat, sed causa sepa
 rat: tu inimicus es medico, ego morbo: tu diligentiae
 meae, ego pestilentiae tuae. Retribuebant, inquit psalmi
 sta, mihi mala pro bonis: ego autem orabam, dicebam ami
 cis. Insuper scriptis nostris non offensos fuisse viros in
 tegræ fidei & vera pollentes sapientia, quod quidem argumē
 tis certissimis, tum per epistolas a summis theologis e
 Germania ad me his de rebus datis, & aliunde possum
 monstrare, tum publicis peritorum contestationibus,
 qui deo gratias egerunt congratulantes quod eo in nego
 cio mihi fuisset cooperatus. Dicebam denique cum beato Au
 gustino, Credat qui volūt malle me legendo quam dictitan
 do laborare. qui & alibi Dulcitius respondens ad quæ
 dam interrogata sic ait. Ego quod confitendum est charita
 ti tuae plus amo discere quam docere. Nam hoc admonemur
 etiam dicente Apostolo Iacobo capite primo. Sit omnis
 homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum.
 Ut ergo discamus, inuitare nos debet suauitas verita
 tis: ut autem doceamus, cogere necessitas charitatis.
 Vbi potius orandum ut transeat ista necessitas qua hoc

Li. 50. ho
 milia. ho
 mi. 24.

Psal. 34.

Psal. 34.

Prolo. li
 bri. iii. de
 trinitate.
 Parte ope
 ri. 8. q. 3.
 ad dul. C

minē docet aliquid homo. Alibi quoq; non semel confi-
 milia scribit beatus pater Augustinus: quę (dominus
 id cognoscit) & ex corde complector, & in me certa p-
 bo experiētia. Difficillime siquidem induci possum vt
 scribam præsertim qđ sit edendū, tū q; memoria eorū
 q̄ lectito nulla pene mihi remanet, qua valere scriptu-
 ros maxime operæpiciū est, tum q; occupationes mihi
 plurimę sunt, & illud vltro pfecto refugit natura: his
 qđ de causis ad hūc vsq; mēsem Octobrē. M.D.XX
 VIII. hortātibus, vt scripto me quātū spectat ad articu-
 los illos p̄sertim duodecim latine in me editos purga-
 rē, assēsū nō p̄bui: nā quis modicū in hoc laborē impē-
 dēdū esse nō dubitarē, sciebā tñ in p̄missorū narratione
 sudādū, & maluissēm lōge magis rē ipsam iudicio to-
 tius Parisiēsis scholę decerni, q; de sensibus meis certus
 sum q; a quouis bono theologo sint cōprobādi, Qñ tñ
 nōdū mihi constat fiet id necne & necessitas fraternę
 charitatis illud exostulare multorū sentētia videtur,
 meis cedo rationibus & quieti, & amicis postulata cō-
 cedo coniectās quę dīcturus sum ad informādos eorū
 aīos q; ad ferēdū delecti sunt iudiciū, forsan nōnihīl cō-
 ductura, nihil tñ prorsus de cōuiciis atrocibusq; mihi
 impositis criminibus & opprobriis locuturus sum, in-
 iuriā oēm scriptoribus quātū ad me p̄tinet toto corde
 cōdonās, memor verbī Regis Dauid, quo ait, Si reddi-
 di retribuētibus mihi mala, decidā merito ab inimicis
 meis inanis. Iacturę aut pietatis tā ex cuiusdā symboli-
 cū abusu immodico diuinorū editione, q; alias succur-
 rāt ad quos spectat, vt suo qđ debēt reddāt officio, cau-

Psal. 7.

Ad articulos obiectos.

sam equidē veritatis dūtaxat & perpaucis attingam.

ARTICVLVS PRIMVS.



Articulus itaq; primus in quo me hereticū cādo dicūt errasse latini authores libelli, iste est, Non Christū dūtaxat decet omnis honor & gloria: superstiosum plane igit fuit & manifesta fallacis dæmonis illusio, q; in hac re sic docēdos fideles credidisti. Ego ita sapuisse & scripsisse me fateor loco signato, adicio tñ illationis notā in mea litera & sic dico. Nō eū scilicet Christū, igitur dūtaxat &c. breuē concludēs cōfutationē assertionis huius qua scripsit Faber sic dicēs, Christū solum omnis honor decet omnis gloria, & gratiarū actio: quę quidē assertio dubio procul sensum vnū piū & catholicū habet, qui accipitur prout dictio solū, excludit differētia p̄ essentiam dūtaxat & nō p̄sonaliter tñ q̄ in diuinis est, & restringēdo voces istas honor & gloria ad latriā quę est honor & gloria deo solī cōpetēs, & illī in signū infinitæ & ineffabilis bonitatis, potestatis, dominii, & ita de ceteris p̄fectionib⁹ solī deo p̄priis tribuit: & est hmōi verus sensus sic explicādus, aut alio equalēti modo: deitati solī vel deo cōgruit oīs honor latrię & gloria latrię: hoc est deus solus a rationali creatura recognoscēdus est & diligēdus, vt infinite potens, bonus, & sic de ceteris quę de eo solo dicunt, & nō sunt illa entia plura, sed ipse solus deus immotus in se p̄manēs, & ita in sacris scripturis vbicūq; deo laus honor gloria & cōsimilia deberi aut impēdi dicunt, restrictim accipiendā